



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Varia pietatis eius exercitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

ctissima esse deuotos. Omnibus in hac Congregatione præluxit exemplo bonitatis, obferuantia, religionis. Sabbati diebus omnibus, alijsque Virginis peruigilijs, ieiunio eam venerabatur. Quotidie proprias ei preces è Psalterio D. Bonauenturae perfoluebat. Principio cuiusque mensis Directorem Congregationis interrogabat, cui vitio præcipuè emendando se iuberet incumbere, quo cultu beatissimam Virginem, mensisque currentis tutelarem Diuum demereri. Per eos dies commentationi plusculum dabat sese, & quidquid temporis litterarum studio superabat, in orando consumebat. Omnis verò domus angulus, quem vacuum primum offendisset, ei pro Oratorio erat; nec semel à domesticis post noctis medium, nudis in solo genibus orare, post orationem humi somnum capere, deprehensus est. A sacra Communionem duas tresve horas orando extrahere consuèrat. Quolibet Veneris die, sub tenebras vespertinas, ne à quoquam nosceretur, plantis nudis viam, quâ sanctæ Crucis supplicatur, per varia stationum loca, in memoriam sacratissimæ Passionis obibat: quod vt religiosius secretiusque faceret, soleas infernè succiderat calceis, vt dum plantas soli saxorumque asperitate affligeret; tectis supernè pedibus, obuorum oculos falleret. Quidam
ex

*Obsequia
B. Virgini
exhibita.*

*Variapie-
tatis exer-
citia.*

*Orationi
deditus.*

*Celanda
virtutis
inuentum.*